Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

& labia exultationis laudabit os meum. Si
memor fui tui sup stratum meum in matu
tinis meditabor in te quia fuisti adiutor mis.
Et in uelamento alarum tuarum exultabo
adhesit anima mea post te me suscepit dex
tera tua. Ipsi uero in uanum quesierunt
animam meam introibunt in inferiora terre
tradentur in manus gladii partes uulpium
erunt. Rex uero letabitur in deo laudabuntur
omnes qui iurant in eo quia obstructum est o
quentium iniqua. Ps. D.
Exaudi ds orationem meam cum deprecor
a timore inimici eripe animam meam.
Protexisti me a conuentu malignan
tium a multitudine operantium iniquitatem.
Quia exacuerunt ut gladium linguas suas in
tenderunt arcum rem amaram ut sagittent
in occultis immaculatum. Subito sagittabunt
eum & non timebunt firmauerunt sibi ser
monem nequam narrauerunt ut abscon
derent laqueos dixerunt quis uidebit eos.